



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Evcherivs Ep. 20. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

100 VITA SANCTORVM. 20. Feb.

cemus; dicamus indulgenie tempore delicta nostra,
ne ad excipiemad sententiam defleamus: S. Pet.
Chrys. serm. 42.

S. EVCHERIVS E P. 20. Februarij,

EVCHERIO nascituro insulam Aurelianen-
sem Angelus promisit; dedit deinde hanc Ca-
rolus Martellus; sed idem, cum aures calumniato-
ribus præberet, pessimo consilio ademit. Excepit
Colonia exulem parum jam morantem, quā in parte
exilii potissimum viveret, cum exilium esse to-
tum orbem non malē jam tunc credidisset, cum
Monachum prius quam Episcopū induit. At verò
gravius jam erit Carolo cælo exulare. Certè Ev-
cherivs dum inter preces inferorum ergastula
contemplatus est, vidit hunc ipsum Carolum non
jam purpurā, sed ignibus ardere, didicitque ob
manus sacrī injectas spoliisque pauperum ditatos
milites (time ætas nostra) corpore quoque jam
penas dare. Atque Evcherio si fidem non dedit
Gallia, certè tumulo potuit dare, qui apertus præ-
ter ignium vestigia vacueque tumbæ custodem
draconem, nihil ostendit. Itaque, qui exulare vir-
tutem regno jussérat, tumulo etiam exul fuit,
cum interim Evcherivs cælo receptus rideat il-
los, qui patriam in terris querunt, neque vacuum
Gallis tumulum ostendat, quando in illo cœci
oculos suos, claudi pedes, miseri passim omnes
salutem reperiunt. *Ex Surio.*

*Quid profuit mortuis inanis gloria, brevis le-
titia, mundi potentia, carnis voluptas, false divitias,
magna familia & mala concupiscentia? Vbi rísus?
ubi jocus? ubi jactantia? de tanta letitia quanta tri-
stitia post tantam voluptatem quam gravis misé-
ria? S. Bern. in Med.*

SS. MAV.